Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



tatus ē eos et valedixit. Profectus ē ut iret ī macedoniam. Cū autē perambulasset partes illas et exhortatus eos fuisset. venit ad greciam. Vbi cū fuisset menses tres. factaq; ēi illi ī die a iudeis nauigaturo ī syriā. habuit p̄ consilio ut redirē per macedoniā. Comitatus ē autē eū sopater pyrri veronensis thessalonicensis. vel aristarchus et secundus. Gaius. derbeus. et timotheus. Asiani vero tychicus et trophimus. hij cū p̄cessissent sustinuerunt nos troade. Nos vero nauigauimus post dies azimorum a philippis et venimus ad eos troadem ī diebus quinq; vbi demorati sumus dies septem. Vna autē sabbati cū conuenissemus ad frangendum panem. paulus disputabat cū eis profectus ī crastinum. pro ut sermonem usq; ad media noctem. Erant autē lampades copiose ī cenaculo ubi erant congregati. Sedens autē quēdā adolescens. nomine eutichus super fenestram cū mergeretur somno grauiter disputante diu paulo. victus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum et sublatus ē mortuus. Ad quē cū descendisset paulus incubuit super eū et complexus dixit. Nolite turbari. anima enim ipsius ī eo est. Ascendens autē frangensq; panem. et gustans satisq; allocutus usq; ī lucem sic profectus ē. Adduxerunt autē puerum viuentem et consolati sunt non mediocriter. Nos autē ascendentes nauim nauigauimus in asson inde suscepturi paulum. Sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Cū autē incidisset nos ad ueniremus in asson assumpto eo venimus mitilene. et nauigantes sequenti die venimus contra chium et alia die applicuimus samum. et sequenti die venimus miletum. Proposuerat enim paulus transnauigare ephesum ne q̄ mora illi fieret ī asia festinabat enim si possibile sibi esset. ut diem pentecosten faciat hierosolimis. Mitlete autē mittens ephesum vocauit maiores natu ecclesiae. qui cū venissent ad eum et simul essent. dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum ī asiam qualiter vobiscum fuerim seruiens cū omni humilitate et multis lacrimis. et tentationibus q̄ mihi acciderunt ex insidiis iudeorum. Quomodo nihil subtraxerim vobis utilium. quominus annuntiarem vobis et docerem vos publice. et p domos. testificans iudeis et grecis in deum penitentiam et fidem ī dominum nrm̄ ihesum xpm̄. et ecce nunc alligatus